solutionem vadij seu vadiorum quo vel quibus solutis utique inscriptionis
presentis et eius contentis tunc quo opus fuit satisfacere liber et eius posteri
tenebuntur. Nulla tamen inscriptione in premissis omnibus obstante

Jaworski quietat alios

1025

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus Castrensibus premisliensibus
Nobilis Jaczko Iwan Lowicz Jaworskij Recedendo a foro suo pro
prio jurisdictioneque competenti renunciando, sive vero iurisdictioni Castrensi
Premisliensi secum successoribus bonisque suis omnibus quo ad actum
presentem attinet incorporando et subiciendo sanus mente et corpore
ex suo pacto palam libere atque expressum recognovit Quod a nobili
bus Jaczko et Stecz Jehnathowic Jaworskije summam Centum
florenorum pecuniae monetae et numeri polonici debiti certi ipsi per eosdem
coram officio presenti recogniti a cuiusdam presentibus Castrensibus premisliensibus super bonis
certis solvi pro tempore certo ipsa inscriptione assignato eamque preteri
to inscriptum totaliter et plenarie recepit et manualiter levavit levatamque
adhuc tulit Ratione cuius receptionis eosdem Jaczko et Stecz
Jaworskije et eius successores de summa predicta Centum florenorum pec
uniae monetae et numeri polonici quietat liberumque ac immunem cum ipsius
successoribus facit et pronunciat perpetuae ipsamque inscriptionem ipsi per predictos
Jaczko et Stecz Jaworskije super summam predictam coram officio presenti facta
et in actis presentibus Castrensibus premisliensibus inscriptum cum omnibus condonibus
punctis clausulis articulis cassat annihilat mortificat obliterat
temporibus perpetuis sibi et suis posteris pro premissis agendo silentium
imponendo eiusdem presenti sua ratione mediante.

Kulczicz cittr Popielowskij

1025

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus Castrensibus premisliensibus
Nobiles Iwan Jaczko ac Tieszko Dashowicza Kulczicz
czij fratres germani a terris dictis iuribus iurisdictionibusque

suis quibusvis proprius recedendo a foro competenti renunciando, sive
vero iurisdictioni Castrensi premisliensi secum successoribus bonisque suis terris
omnibus per eos ubilibet habitis et possessis quo ad actum et effectum
presentis inscriptionis attinet plenarie incorporando et subiciendo sanis mentibus et
corporibus existentes pacto palam libere atque expressum recognoverunt et
quilibet eorum seorsim suaque pro interesse recognovit Quia
ipsi Nobili Procopio Popielowskij Demkowicz et eius successoribus summa
sexaginta septem florenorum et grossorum quindecem pecuniae monetae
et numeri polonici vere certi liquidi mutui atque essentialis debiti manu coniun
cta et indivisa tenentur et sunt debiti Quamquidem summam secum suc
cessoribus inter suos bonis suis terris omnibus per eos ubilibet habitis
et possessis coniuncti et indivisim obligant et inscribunt sive pro die
et festo sanctorum Petri et Pauli apostolorum proximo venturo in Castro
Premisliensi coram officio et actis presentibus Castrensibus premisliensibus totaliter et plenarie
ad manus eiusdem creditoris vel eius successorum dare et persolvere ipso
vero creditore vel eius successoribus absque realiter ac in effectu circa officium
et acta presentia Castrensia premisliensia reponere et relinquere repositamque et
relictam ab eodem officio non ex fide iubere neque modo quovis per se vel
subiectas quasvis personas arestare sub vadio sexaginta septem
florenorum et grossorum quindecem pecuniae monetae et numeri polonici
Quod vadium nec effectu solutionis summae eiusdem presentis pro tempore
supranominato solutioni assignato in ex eodem die et tempore soluti
oni destinatur nullo dicto eiusdem iuditii sive officii accedente virtute
dumtaxat presentis inscriptionis in summam essentialem et completo debitum vizt
Centum tregenta quinque florenorum pecuniae monetae et numeri polonici
convertetur et convertere debebit Hocidque vadium simultaneum
summa essentiali iunctum in bonis eorundem recognoscentibus terris
omnibus per eos ubilibet habitis et possessis extendetur extendique
debebit pro etiam ex nunc extenditur Porro prenominati reco